

1.
2.
3.
y
5.
6.
7.
8.
9.



1665

1. Bornius, Jacobus: Disputatio II et universum jus
jurisurium commune et Saxonicum.
2. Bornius, Jacobus: De gerada.
3. Eckelt, Amatus: De furto eorum rerum, quae
maris liberandae causa ejiciuntur.
4. Eckelt, Amatus: De in jus vocatione seu
citatione.
5. Kuehlerius, Georgius Gustav: De lege regia.
6. Kuehlerius, Georgius Gustav: De delictis inno-
minatis.
7. Loescher, Caspar: De probatione rerum dubiarum
per ignem facta.
8. Norius, Johann Inesius: De tenatus consuetto Macedo.
niano.
9. Norius, Joh. Inesius: De pecunia fatissime colle-
canda.

1665

10. Noricus, Johann Smetas: Privilegium conspiciendi
11. Noricus, Johannes Smetas: De reductione ad arti-
bicum boni viri
12. Romanus, Franciscus: De procuratoribus in specie
13. Schrenckendorffius, Bartholomaeus Leonhardus: De cond-
tionibus. 2 Exempl.
15. Schrenckendorffius, Bartholomaeus Leonhardus: De
empykeusi
16. Schrenckendorffius, Georgius Tobias: De cura.
17. Simon, Joh. Georg: De delictis inominatis
18. Thomarius, Tacitus: De patria potestate
19. Thomarius, Tacitus: De stylis ethnicismus circa jurand-
adverbia fugiendo.

11

i

7

11

1657

UNIVERSITÄT JENÄ
BIBLIOTHEK COMMUNE
TONICUM
MAGNIFICUM
FERREUM SUPERIORUM
DE
D. JACOBO BORNIO
RECTORI DEFENDET
PHILIPPUS STRUBER

180

1. Novus, deinde, inchoat, Polygona, impudica
2. Novus, deinde, inchoat, Polygona, impudica
3. Novus, deinde, inchoat, Polygona, impudica
4. Novus, deinde, inchoat, Polygona, impudica
5. Novus, deinde, inchoat, Polygona, impudica
6. Novus, deinde, inchoat, Polygona, impudica
7. Novus, deinde, inchoat, Polygona, impudica
8. Novus, deinde, inchoat, Polygona, impudica
9. Novus, deinde, inchoat, Polygona, impudica
10. Novus, deinde, inchoat, Polygona, impudica



527
~~527~~

1665 11

DISSERTATIO JURIDICA
De
REDUCTIONE
AD ARBITRIUM
BONI VIRI,

78A

Quam
Divinâ gratiâ assistente
Nobilissimâ Juridicâ Facultate
permittente

P R Æ S I D E
DN. JOHANNES ERNESTO
NORICO, J. U. D. & p. t.
Rectore Magnifico,

Dn. Patrono atq; Preceptore summoperè colendo
publicè

Ad d. XXV. Augusti, ANNO MDC LXV.
Eruditorum examini submittet

PHILIP ENOCH Heyland.

H. L. Q. C.

LIPSIAE

Typis Viduae HENNINGI COLERI.

KONFRIED
UNIVERS.
ZVHALIE



[Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including words like "AD ACADEMIAM" and "ANNO" visible.]

D





Q. D. B. V.

De

Reductione ad arbitrium boni viri,

Thesis 1.

Verbum reducere hic usurpatur non in eo sensu, quo
alias dicitur reducere uxorem l. 40. ff. & l. 9. C. ad. Jul.
de adult. quod idem est atq; revocare in matrimoni-
um l. 17. C. d. l. unde reduci dicitur quæ repudiata erat l.
13. §. 9. ff. ad L. Jul. de adult. neq; eo sensu, quo alias dicimus, re-
ducere aliquem in viam, ad misericordiam, in gratiam, velut Ho-
ratius usus est:

Homony-
mia verbi
reducere

Virtus est medium vitiorum utrinq; reductum.
neq; significat aliquid in statum pristinum instaurare, ita ut pro refi-
cere sumatur, quemadmodum in l. 3. §. 15. ff. de itin. act. priv. vel in ser-
vitutem reducere l. 2. C. de oper. libert. sed hic idem est, ac referre

Thesis 2.

Arbitrii autem vocabulum non uno modo sumitur, alias
enim denotat testem, sic dicimus remotis arbitris aliquid agere
eumq; intelligimus qui solus agit; insuper quemcunq; notat,
qui arbitrio suo rem administrat & moderatur, sic dominus re-
rum suarum arbiter dicitur l. 21. C. mandat. Hat mit den Seins-
gen zu schalten und zu walten wie er will. Hoc nomine quoq; ve-
nit iudex in bonæ fidei judiciis, sive in actionibus arbitrariis, l. 24.
ff. de pos. l. 2. C. de inoff. donat. l. 15. pr. ff. de re judic.

Homony-
mia voc ab.
arbitrii

A 2

unde



unde & ipsa judicia arbitria dicuntur *d. t. C. arbitr. tutel. l. 7. C. unde vi. l. ult. C. de ord. cogn. aliàs denique & propriè dictus sumitur pro eo, qui electus est, ut partium litigantium controversiam suã sententiã dirimeret, & datur vel à lege l. 16. l. ult. C. de jud. l. 7. C. de feriis, vel à iudice. l. 9. ff. qui satis de cog. vel eligitur à partibus ipsis duplicem ob rationem, vel, ut instar iudicis sententiã, seu, ut aliàs dicitur, laudo dirimat litem, vel ut saltem æstimationem quãdam determinet, aut amicabilem conventionem & compositionem, similemqu; actum faciat Struv. exerc. 8. th. 96. ille in specie dicitur arbiter, hic vero arbitrator. Struv. d. l. Reyger in thes. jur. de arbitr. n. 351. Gaul. 1. obs. pract. 150. n. 4.*

Theſis 3.

Differentia
inter arbitrum & arbitratorem,

Iste autem arbiter in specie sic dictus aliàs etiam dicitur compromissarius Struv. exercit. 8. th. 96. quòd nempe partes sub certã pœnã in eum compromiserunt, & hujus sententiæ stare tenentur, sive æqua sive iniqua sit, l. 27. §. 2. ff. de recept. l. 76 ff. pro soc. beneficio appellationis exclusi l. 1. C. de recept. l. 32. §. 14. ff. eod. exceptione autem doli mali adversus eum uti permittitur, qui vel sordibus, vel gratiã aut inimiciã ductum arbitrum iniquam sententiã pronuntiasse probare poterit d. l. 33. §. 14. l. 3. C. de recept. ab arbitratore verò, cum in eum non sit compromissum, & nulla pœna à litigantibus adjecta, reductio ad arbitrium boni viri permittitur l. 76. l. 79. ff. pro soc.

Theſis 4.

Præter hanc & aliæ inter arbitrum & arbitratorem intercedunt differentiæ. Eius enim sententiã debet fieri in scriptis, hujus verò non, quia ad instar est contractus Jason in l. cum se transigisse in 2. not. C. de transact. Illius laudum paratam habet executionem, non verò hujus, vide Joh. Anan. consil. 50. n. 7. In illum ut certam ferat sententiã non potest compromitti l. 19. ff. de arbitr. benè tamen in hunc Rom. Conf. 141. c. 2. & Conf. 175. in pr. Arbitrium est ad instar iudicii, sed hoc ad instar contractus ac transactionis; hinc fit ut die quoque feriatã possit arbitramentum ferre, secus ac arbitrium Bald. Conf. 470. nec teneatur servare solennia iudiciorum, nec enim hinc requiritur libellus, sed sufficit narratio facti sine conclusione Bald. Conf. 169. ineptitudo & libelli & comparen-

tis

529
607
tis non attenditur *Signor. concil. 238. col. 2. n. 1. quæ omnia se*
in arbitro aliter habent. Sunt adhuc alia longè plures, quas vid. a-
pud *Immol. viginti tres allegantè in cap. quintavallis. extra de jure jur.*

Thesis 5.

In vocabulo Bonus Vir etiam non nihil est ambiguitatis: *Quis sit vir*
Modò n. is demum audit *bonus*

Vir bonus & sapiens, qualem vix repperit unum

Millibus è multis hominum consultus Apollo

Hinc Aristoteli vir bonus est καλο κα' γαδος velis cujus nomen in-
numerabilibus officiis contineri affirmat *Cicero l. 3 de off. modò*
is, qui malus non est, quamvis nãvis haut careat, aut vitiis quoq;
modicis, quã ratione

Optimus ille est,

Qui minimis urgetur.

Lud. Viv. lib. 3. de anim. bona virum describit, qui piè officio
suo perfunctus est, erga Deum, patriam, parentes, principem,
herum, amicos, liberos, necessarios, propinquos, familiares, so-
cios, cives, peregrinos, quæ officiorum ratio in humano genere
patet latissimè. quando, ut rectè est à M. Tullio scriptum, nulla
vitæ pars seu publica seu privata carere potest officio. Haben-
tur pro viris bonis, qui quàm plurimis profuerunt, profunt, pro-
derunt, nam qui nobis, aut iis quos habemus benevolentiam con-
iunctos, profuit, eum ritè officio suo fungi dicimus, & bonum
virum nominamus. Nobis vero bonus vir est is, qui juri natu-
rali obtemperat, & voluntatem suam illi conformem facit & ut
breviter dicam; Vir bonus est is, qui facit alteri, quod sibi vult fi-
eri *arg. l. 1. ff. de solut. talis prærerea esse debet, qui omni suspici-*
oni exemptus est, cum in bonum virum non cadat suspicio l. 2. C.
de furt. & serv. corrupt. Reyer. in thes. jur. in voc. vir bonus n. 173.
quem à iudice non differre statuimus per l. 137. S. 2. ff. de Verb.
Obl. l. 18. ff. iudicatum solvi, secus ac putat Coras. 4 Miscell. 22. &
Cuiac. 2. emendat c. 2. tametsi, quod obiter addimus, in Politicis
non eadem boni viri & boni civis sit virtus eadem perfectio.
Aristol. l. 3 Polit. C. 4 Illam autem significationem, quã per Bo-
num virum lascivientium genus ad uxoris adulteria conniven-
tem, seu cornutum indigitat, ad Garamantas usq; ablegamus.

A 3

Thesis

Theſis 6.

Quid deno-
tet arbitri-
um?

Ipsa v. Arbitrii vox non uno modo ſumitur. nonnunquam enim denotat liberam voluntatem *l. 22. §. f. ff. de nox. act.* tam viuentium quam moribundorum. prout legitur apud *Flor. lib. 4. cap. 8. n. 4.* Miserrimum est fortibus viris ad hostium arbitrium sub percussore mori; sic eleganter Constantinus Imperator *l. 1. C. de SS. Eccles.* nihil, inquit, est quod magis hominibus debeat, quam ut supremæ voluntatis (postquam jam aliud velle non possunt) liber sit stylus, & licitum, quod iterum non redit, arbitrium. Quandoq; ut in rubricâ ff. de recept. denotat facultatem dicendi sententiam, unde & rubrica non sic inscripta est: de receptis, qui arbitrium dicunt; sed de receptis, qui arbitrium receperunt ut sententiâ dicant. Invenitur & alia significatio, ubi mercedē eorū, qui funera curabant, ut sunt libitinarii, vespillones, pollinctores, & alii ejusdem generis, indigitat: Usurpatur quoq; pro judicio b. f. sive arbitrario *d. r. C. arbitr. tutel. l. 7. C. unde vil. ult. C. de ord. cog.* Et deniq; pro sententiâ ab arbitro latâ, & tūm alio nomine dicitur arbitralis forma *l. 5. pr. C. de recept. arbitralis sententia l. 4. §. 5. C. eod. arbitrat. l. 1. pr. ff. usufr. quemad. cau.* nihilq; quam æquitatē spirat; nam arbitrium boni viri non est cujuslibet pravus affectus, sed incorruptum animi judicium, semperq; hâc voce innuitur, abesse debere calumniam, & agi rem ex æquo & bono, & ut glossa definit, arbitrium boni viri est, ut quis non omittat faciendâ, & non faciendâ non faciat *in l. 1. pr. ff. usufr. quemad. cau.*

Theſis 7.

Definitio.

Est autem reductio ad arbitrium boni viri, (quæ & alio nomine reductio dicitur,) remedium juris, quo arbitramentum arbitratoris ex eo capite impugnamus, quod is contra officium boni viri pronuntiando nos læserit.

Theſis 8.

Definitionis
explicatio.

Dixi esse remedium juris. Quemadmodū enim obligatio vinculum juris dicitur *pr. J. de oblig.* ita etiam, si rem nostram, vel illud quod interest, per iniquam sententiam ab arbitratore latam, nobis abjudicatam, & quodammodo ablatam recuperare velimus,

530 9.
688

mus, reductione hæc, tanquam remedio aliquo à jure nobis in eum finem tradiro, opus est; uti & restitutio in integrum remedium dicitur *l. 7. in f. ff. de in integr. restit.*

Thesis 9.

Dixi porrò, quo arbitramentum seu sententiam arbitratoris impugnamus. Nam sententiæ arbitri, in quem compromissum, ut plerumq; fieri consuevit, sub certâ pœnâ standum est, siue illa æqua siue iniqva sit, per suprâ tradita in th. 3. Cujus ratio haut obscure redditur, quod sibi imputare debeant, qui compromiserunt, h. e. ut putat *Dn. Fransk. in com. ff. de recept. arb. n. 18.* quod cum scirent partes controversiam judiciali sententiâ facile determinari posse, dum spreto Legum ordinario processu, & iudicis ad leges restricto officio, eandem privati alicujus arbitrio & quidem libero committendam ducunt, eo ipso facultati omni provocandi, vel alia remedia implorandi, renunciare & arbitri sui sententiæ per omnia stare velle censeantur. Habent tamen huic iniqvitati obviam eundi, & ad laudi homologati effectus avertendos remedium, scilicet ut intra decendium gravaminum expositionem atq; attestationem adversario vel iudici mittant, quod ipsum tamen non idem, ut contendit *Specul. in tit. de arbit. §. 1. v. quod si.* cum nostro remedio. Atq; ita specifica inter laudum & arbitramentum oritur differentia; nam cum arbitrator non sit tanquam Judex, quemadmodum arbiter est, cujus arbitrium ad instar iudiciorum redactum est *l. 1. ff. de recept. neq; cognoscat de re litigiosâ, sed semper de re extra judiciali Bachov. in comm. ad h. t. C. 1. 2. 2.* puta, ut vel contractum aliquem, super quo ipsi contrahentes convenire nequeunt, faciat *l. 24. ff. de locat.* vel pretium certum in aliquâ re statuatur *l. ult. C. de contrah. empt.* vel partes in societate definiat *l. 75. ff. pro soc.* aut aliquid simile agat, illudq; ita, ut amicabilem compositorem se semper ostendat, hinc est, ut sententiæ ejusdem nullam vim habeat *l. 30. ff. de oper. libert.* nisi æquitate suffulta & à partibus consentientibus approbata *Bach. in comm. ad. h. t. cap. 1. n. 2.* & si iniqum aliquid contineat, proditum est parti læsæ hoc remedium, ut nempe à iudice petat, ut reducatur sententiæ lata ad arbitrium boni viri, i. e. ut ex æquo & bono, quemadmodum vir justus iudicaturus esset, re determinet ut & sententiam ferat.

Thesis

Thesis 10.
A quo autem iudice petatur, valde controversum est inter
Dd. Quidam, in quorum numero sunt *Roman. cons. 265. Matth. de
Coram quo aff. decis. 51.* putant eum iudicem adiri debere, qui est iudex ar-
petatur re- bitratoris, ex hac ratione, quod reductio species quaedam ap-
ductio. pellationis sit *arg. l. 32. §. 14. ff. de recept.* novimus autem semper
ad illum iudicem provocandum esse, qui superior est eo, a quo
appellamus *l. 32. C. de appell.* Verum haec sententia non adeo sub-
sistit. Licet enim reductio species quaedam appellationis, seu poti-
us, in ordine ad effectum rescissionis, ei similis esse videatur, *arg.
d. l. 32. §. 14.* tamen revera non est appellatio, sed in pluribus ei
dissimilis, & hinc fit, ut reductionis processus ad Camera Imperia-
rialem devolvatur proprie per viam simplicis querelae: ad ap-
pellationis enim iudicem requiritur, ut non tantum sit iudex su-
perior eius, a quo appellatur; sed etiam iudex superior litigantium:
quod autem in reductione non procedit, cum ibi saltem requi-
ratur iudex superior arbitratoris, non vero ipsarum partium,
quod tamen est contra modum appellationis.

Thesis II.

Alia autem sententia est *Bartol. in l. 76. ff. pro soc. Marant. in
p. 6. spec. aur. de appell. 1. 126.* qui statuunt reductionem peti debe-
re coram iudice ordinario, coram quo agendum erat, si arbitra-
mentum factum non fuisset: fundamentum eorum est, quod ar-
bitramentum sit transactio quaedam, & quemadmodum ille, qui
vult contra transactionem agere, adire debet iudicem eius, cum
quo transegit, sic & in reductione ad eundem est iudex rei, cuius fo-
rum actor sequitur *l. 2. §. 5. C. de jurisd. omn. jud.* accedit quod pro-
nunciatio huius arbitri nullum judicialis sententiae effectum ha-
beat juxta *Bald. in l. 76. §. 1. ff. pro soc.* & haec sententia tam ve-
rior quam communior est, eamque in Camera Imperiali & multis
praedictis firmatam testantur *Gail. 1. obs. 149. Mynsing. 2. obs. 61.*
limitatur tamen, si arbitramentum vialicujus statuti habeat pa-
ratam executionem, tum enim recurritur ad iudicem superio-
rem arbitratoris, per ea quae habet *Bartol. in d. l. 76. Marant. &
Mynsing. dd. 4.*

Thesis

531 9.
609

Thesis 12.

Sed hinc porro queritur, si iudex aditus de iniqua arbitratoris sententia reducenda, confirmet eandem, an ab hac possit appellari, & quidem non posse dicunt *Bartol. in l. 1. ff. de leg. 2. an a iudicis Panorm. in cap. Quintavall. extra de iurejur. & alii quam plurimi, sententia appellari possit?* quos allegatos vide apud *Fach. l. 8. controver. cap. 96.* ob has rationes: tum quod laudum seu sententia arbitratoris redigatur ad arbitrium boni viri, qui videtur arbiter esse non iudex, cuius sententia, siue aequa sit siue iniqua, standum est, per supra dicta thes. 3. tum etiam, quod nullibi reperitur legibus cautum, quod a reductionis sententia appellatio permissa sit, erubescimus autem sine legibus loqui. *Nov. 18. c. 5.*

Thesis 13.

Sed his non obstantibus rectius *Bald. in l. 1. C. ne lic. in una eademq; causa tert. prov. & cum eo Fach. l. 8. controver. cap. 96. & autores apud eundem allegati Gail. 1. obs. 149.* sentiunt, posse appellari. Fundamentum est, quia generaliter ob gravamen & quidem de iure Canonico ob quodvis permessa est appellatio *l. 20. C. de app cap. 10. extra de Appell.* ubi nulla expressa adest prohibitio, qualis hic non reperitur. Minus vero obstat, quod reductio ad arbitrium boni viri fieri dicatur, quia frequentissime in iure nostro boni viri nomine iudex venit, unde & permittere aliquid arbitrio iudicis est idem, ac permittere officio boni viri, nam iudex semper boni & innocentis officio fungi debet *l. 4. §. 1. ff. fam. ercisc.* hinc & saepe arbiter appellatur, ut in iudicio familiae erciscundae, communi dividundo, & passim alibi, inde nimirum, quod non omnia secundum praescripta legum facere teneatur, sed quaedam etiam ex aequo & bono moderari ipsi liceat; quin autem ab eiusmodi iudice appellatio permittatur nullum est dubium, idcirco & ab hoc concessa erit, cum ferè eadem sit ratio iudicandi & idem iudicis officium.

Thesis 14.

Ad id autem ut detur reductio, requiritur in primis laesio, ab arbitratore in sententia lata data, quae semper adesse debet, in *Quam ob* quacunq; re ille adhibitus fuerit; nam nisi haec interveniat, hoc *rem detur* remedio uti non licet: probare autem debet petens reductionem *reductio?*

B

se



se læsum esse secundum communem regulam, quã semper ille, qui aliquid intendit, intentionem suam probare tenetur *l. 1. 2. 5. & passim ff. & C. de probat.* neq; enim potest onus probandi devolvere in adversarium, ut is nempe probet arbitramentum justum fuisse, nisi ipse hoc in se recipiat, tali enim casu probatio ei permittitur *arg. l. 14. ff. de probat.* aut æquitate sententiæ arbitratoris exceptionis locò opponat, quam, quia reus in exceptione actor fit *l. 1. ff. de except.* probare omninò tenetur. Probata autem hoc modò læsione, iudex aditus non debet sententiam arbitratoris nullam declarare, sed saltem iniquitatem ejusdem reformare & ad æquum & bonum deducere.

Thesis 15.

*Qualis læsio
consideretur
in reductione.*

Cæterum qualis læsio & quanta intervenire debeat, quæ sufficiat ad reductionem impetrandam non adeò convenit inter Dd. *Bartol. in l. 76. §. 1. ff. pro soc. Lanfranc. in Tr. de arbit. p. ult. & alii* putant sufficientem esse læsionem, si quis probet, se in sextâ parte quantitatis læsum esse, & opinionem suam probare intendunt *ex l. 76. pr. & l. 79. junct. l. seq. ff. pro soc.* Verum *Abb. in cap. quintavallis. extra de jure jur. n. 33. & Imola in l. si quis arbitr. ff. de verb. oblig.* ex iisdem legibus elicere conantur, saltem læsionem in tertiâ parte requiri, quam sententiam etiam tuentur *Alex: lib. 2. Conf. 137. Iason. in anth. sacramenta puberum C. si. advers. vend.* Quidam ut *Decius consil. 60.* requirunt læsionem enormissimam, quæ ultra dimidium sit, quod tamen non est extentendum, sed pro substratâ materiâ de quâ *Decius* loquitur, accipiendum. Optimè autem statuunt ii, qui cum *Bartol. in l. 79. §. 2. ff. de leg. 2. Menoch. lib. 2. Cent. 1. cas. 73.* & aliis totum hoc arbitrio iudicis permittunt, cum nihil certi de hac re legibus cautum sit, & propter varietatem circumstantiarum, non semper eadem sufficiat, sed modò major modò minor requiratur læsio, quod tamen ad modicam læsionem non porrigitur, cum propter hanc minimam, præsertim cum majori præjudicet, actio non detur *l. 24. §. 2. ff. de integr. restit.* Attendet quoq; prudens Iudex, utrum laudum sit ratificatum vel tacitè vel expressè, an verò non, ita ut priore majorem summam, quàm posteriore casu exigere possit, imò debeat.

Thesis

532 9.
Ego

Thesis 16.

At quid dicemus, si quis juraverit, se spretâ læsione hoc remediô nequaquam usurum esse? Sanè, quod ad jus civile at-
tinet, standum esse hoc sacramentô, nec tali beneficiô juvari pos-
se existimo *arg. Nov. 82. c. 11.* Quod si etiam juris Canonici au-
toritatem inspiciamus, omninò idem dicendum videtur *cap. 28. extra de jurejur.* Tale enim jus juramentis favet, & quæcunq;
absq; dispendiô salutis æternæ servari possunt, servanda jubet:
nisi fortassis talis sit astus, qui offendat pietatem & nutriat pec-
catum, super quô jurare & ipsum peccatum est, & gravius pecca-
tum, quod juraveris, servare, *adde cap. veniens. cap. Quintavallis extra eod.* Sed inquis, ergò est servandum juramentum, ubi con-
tingit enormissima læsio? dico quod sic, nisi fortè mihi prægnantes
rationes, quæ servandum esse svadeant attuleris; quod si iis desti-
tutus fueris ego maneo in terminis Regulæ *per cap. cum expediat. de elect. in 6to.* quin tamen hoc in casu absolutionem à juramentô,
ad effectum intentandæ reductionis impetrare possit, nullus *cum Card. Tufcho p. 6. l. R. concil. 73. n. 2. dubito.*

An ob præ-
stitum jura-
mentum de-
negetur re-
ductio.

Thesis 17.

Hisce cognitis, descendimus ad alia, & quidem inprimis
ad tempus, intra quod, vel potiùs, quousq; debeat peti, investi-
gaturi, Circa quod itidem non invenimus concordēs Dd. sen-
tentias. Pars enim triginta annorum spatium concedit, uti *apud Socin. consil. 220. n. 5.* videre est: pars alium temporis terminum præ-
finit: nos prioribus accedimus statuentes, reductionis remedium,
usq; ad triginta annos posse peti, ex eâ ratione, quòd in contra-
ctûs cujusdam speciem incidat, adeoq; *juxta l. 70. ff. pro soc. jus personale in casu læsionis natum videatur; idq; procedit, etiamsi dolus arbitratoris evidens intervenerit: dolus enim in contra-ctum, cujus speciem hoc arbitramentum diximus, incidens, non officit huic tempori per l. 7. §. 1. ff. de pos. l. 157. ff. de R. J.*

Tempus in-
tra quod pe-
ti debent.

Thesis 18.

Hisce ad n'esse hujus reductionis spectantibus, hætenus
consideratis, inquirendum jam erit, quid inde fluat atq; ad nos
redundet. Equidem certum est, nullum dari remedium, quòd
nobis non proffit. Ecquis enim est qui nesciat, remedium restitu-
tionis

Effectus re-
ductionis.



tionis in integrum minoribus dolò metuve læsis, tantum pro-
desse, quantum nautis procellâ exagitatis, portus. Et ita de cæ-
teris in jure occurrentibus remediis judicium esto. Cumq; hæc
reductio à nobis per remedium definita sit, idcirco petenti ex eo
aliquod commodum obveniat necesse est. Quæ enim in finem
esset à Jure concessum, nisi imploranti conduceret? Sed quod, &
quale illud commodum sit, quæris? Sanè nonnulli haud sunt con-
tenti eò, quòd durior atq; iniquior sententia, sive potius arbitra-
mentum, eò modò corrigatur, & ad eam, quam bonus arbitra-
tur, æquitate redigatur, atq; ita mitigetur, sed & ei vim appel-
lationis cujusdam, ac proinde effectum suspensivum, qui scili-
cet executionem suspendat, tribuunt. At licet in priori hauri di-
vortium faciamus, imprimis dum ipsa ratio & remedii hujus na-
tura id dicat, non tamen quoad posterius iis, certis adducti fun-
damentis, assentire possumus. Equidem si de laudò sive senten-
tiâ Arbitri nobis sermo esset, multifarias subdistinctiones in
promptu nobis fore scias, quæ non usq; adeò essent rejiciendæ.
Hic enim respiciendum omninò, num laudum ipsò jure irritum
sit, an verò subsistat; ibi non solum nunquam in rem judica-
tam transit, ac proinde nullâ opus est executione, sed & existente
notoriâ nullitate, oritur quoq; effectus suspensivus juxta *l. 25.
pr. l. 32. ff. de recept.* hic verò subdistingendum putamus, u-
trum post an intra decendum missa attestatio, ita ut prio-
re casu nullò modò protrahi ac suspendi debeat *per l. pen. C. de
recept. arb.* eò, quod jamdum vires rei judicatæ acceperit, sed
posteriori casu utiq; par esse censemus, frena executioni, ut ita lo-
quar, injicere, sicut fieri consuevit in remedio restitutionis in in-
tegrum, quod etiam sententiæ moras nectit, ejusq; executionem
impedit ac suspendit: *facit huc d. l. pen. in pr.* ubi cum asseratur
hoc casu nihil præjudicii fieri, neq; parari vel exceptionem
reo, vel actori actionem, quanto minus cessare debet exe-
cutio?

Thesis 19.

Verum institutum nostrum arbitramentum persequitur,
quocirco ad illud respicientes prorsus negamus reductionem hu-
jus arbitramenti esse speciem appellationis, habereq; effectum
suspens-

523 9.
Cyt.

suspensivum, quod si enim ad superiora recurramus, satis demonstratum dedimus, eam ipsam non ventilandam coram iudice superiore, sed inferiore tanquam competente. At manifesti juris est & Justiniani quoque; novi norunt, appellationem non ad inferiorem, sed superiorem devolvendam esse: Accedit quod arbitramentum proprie sententia non sit, atque sic ab eo haut potest appellari, illud enim sententiam aliquam presupponit. Nihil in contrarium facit *l. 32. §. 14. ff. de recept.* ubi per exceptionem doli adversus sententiam arbitri quandam appellationis speciem introductam asserit Ictus Paulus: Nam respondetur, vocabulum appellationis esse æquivocum, & ibi sumi improprie, pro quacunq; defensione contra sententiam arbitri, quæ respectu habitò ad effectum rescissionis appellationi videtur similis, quia inò reductio sub appellatione contineri tanquam species sub genere non potest quia ab arbitramentò appellare non licet, bene tamen contra illud reductionem ad arbitrium boni viri implorare *l. 76. ff. pro Soc.* Ex hisce liquidò jam constat, hanc ipsam reductionem, si quando in augustissimò Camerali iudiciò esset petenda, non per modum appellationis, sed per viam simplicis querelæ ad illud devolvi.

Thesis 20.

Huic ipsi remedio, ut ad finem nostri discursus properem, quàm maximè simile videtur illud, quod ex decantatissimâ *l. 2. C. Affine redu. de rescind. vend.* inducitur. Nam si fortè venditor, vel ex naturâ *etianis.* correlatorum & *συμπληρω* emtor circa pretium, cujus proportione tempore contractus inspicitur *l. 6. inf. C. d. t.* ultra dimidium (h. e. ubi venditor pro novem quatuor recepit, vel emtor pro re valente quatuor dedit novem) læsi fuerint, nec alter decepto pretium, quod deest, suppleat, aut recepta restituat, tunc *ex d. l. 2.* venditio rescinditur, nisi fortè quis valorem sciverit, ei enim ut consentienti haut fieret injuria, & damnū, quod sciens sentit, non videtur sentire, quia quod ultra rem vel pretium est, donatum censetur *arg. l. 1. ff. de cond. indeb.* Hoc ipsum remedium Dd. communiter ad alia quoque; Negotia, uti locationem, conductionem, permutationem, divisionem hereditatis, solutionem & quanti-

B 3

tatem.

rem, venditiones judiciales ac publicè sub hastâ factas, constitutionem dotis & dotalitii producant, uti videre est apud *Dn. D. Carpz.* p. 2. *Constit.* 34. *def.* 10. & *seqq.* Cæterum amplissimus hîc nobis esset campus differendi ac disquirendi de pluribus, iisq; quàm intricatissimis ac vexatissimis circa hanc materiam quæstionibus occurrentibus, quem tamen non ingrediemur, tum quòd absolutissimi tractatûs *imprimis Pinell. Covarr. 2. Variar. resol. 3. & 4. Gabriel. l. 3. de emt. & vend. conclus. 1. Roland. vol. 1. conf. 59. & aliorum* de hâc d. l. passim prostant, tum quòd nobis nostrò more in conscribendis Disputationibus vivere haut permittatur. Proinde vela contrahens, eò me remitto, & hâc vice, bonò cum Deò, disputationis nostræ terminalia statuo.

F I N I S.

COROLLARIA.

I.

Reus criminis capitalis per procuratorem non potest agere.

2.

Dubitans in jure nostrò pro b. f. possessore non habetur.

3.

Ex capite ignorantia non debet quis impetrare restitutionem,

Juris-

692

4.

Jurisperitus minor viginti
quinque annis ex contractu læsus
potest restitui in integrum.

5.

Fratrum Germanorum liberi
soli cum Ascendentibus con-
currentes succedunt in stirpes.

6.

In successione regni & princi-
patus nepotes excludunt
patruos.




4.
In hoc tractatu
de iurisdictione
potestatis in integrum.

2.
Tractatus Germanorum
soli cum Ascendens con-
currentes incedunt in fines.

6.
Tractatus de iurisdictione
parve in hoc tractatu.

partes.



4







ULB Halle
005 803 551


3



V077







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

1665, 11
527
~~527~~

TIO JURIDICA
De
CTIONE
BITRIUM
I VIRI,

quam
atiã assistente
uridicã Facultate
mittente

S I D E
E ERNESTO

J. U. D. & p. t.
Magnifico,
eptore summoperè colendo
blicè

ANNO MDC LXV.
camini submittet

OCH Heyland.
L. C.

PSIÆ
ENNINGICOLERI.

